a Gloria hęc ē oib⁹ sanctis eius. Omnes enim sancti cum christo iudicabunt: et hęc erit maxima gloria eis.

a Gloria hęc est omnib⁹ sanctis ei⁹: ita.s.vt dictū est p omnes gentes: Hoc agunt sancti/sic gloriant/sic exultabūt in fauc ib⁹/in cubilib⁹/sic cantabūt canticū nouū: sic dicēt alleluia corde/ore/ et ope. Vel sic: Gloria hęc est oib⁹ sāctis eius.i. ita cōsequētur ęternā gloriam ī qua gloriabunt: vt p̄dictū est: ad quā ille nos pducat q̄ regnat ī sęcl'a sęculoꝝ.

De reli. ⁊ vene. sanc. c. vnico. in cle.

a glória hęc est omib⁹ sanctis eius. Alleluia. (CL.

Expo. Ps. CL.

Laudate dm̄ ⁊c. Titul⁹/Alleluia: vt.s. Psalm⁹ iste tertius ē eorū qui sunt atomi.i. sine diuisione. Monetur enim ciuitas dei.s.vnitas omniū sanctorū ore et animo cantare. In hoc culmē laudis oīs psalmodia pducit: q̄ laus h̄ nuptiali dulcedine decantat. Quib⁹ ergo ꝓpheta in p̄ncipio hui⁹ libri rectę cōuersatiōis formā ostēdit: iam in illa cęlestis hierūm receptis dicit in eis laudandū esse deū qui oīa dedit. Dicit ergo: b Laudate dm̄ in sanctis eius.i.p his q̄ sanctis suis dedit. c Laudate eum in firmamēto virtutis eius.i.p eo: q̄ morte sua diabolū vicit et credentes ad cęlum perduxit. Vel quia sanctos firmatiit sua virtute/ita vt amplius non moriant. Est enim virtutis magnę/q̄ mors vltra illis non dominet. d Laudate eum in virtutib⁹ eius.s.quia omnia sunt subiecta pedibus eius: cui flectitur omne genu: cęlestium/et terrestriū et infernorum. e Laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius.i.sicut non est finis eius magnitudinis: quia infinita: sic sine fine laudent eum sancti eius. f Laudate eum in sono tubę ⁊c. Per hęc instrumenta mystice intelliguntur diuersi modi laudandi deum/siue in p̄senti/siue in futuro. Per tubam enim prędicatio significari potest. Josue.vj.c. Insonuit vox tubę: ⁊ clamauit omnis populus ⁊ muri corruerūt. Tuba manu tenet: q̄ p̄dicatio operib⁹ sustētat: sicut dicebat apl'us: Castigo corp⁹ meū ⁊c. Strictior est tuba ex pte buccinātis q̄ ex altera: q̄ p̄dicator debet strict⁹ se iudicare. Ad sonitū hui⁹ tubę post septē circūitus corruit hiericho.i.mūdi miserię. Primus circūitus est breuitas vitę: quia facile cōtemnit oīa q̄ cogitat se moriturū: ſm Hieronymū. Secūdus circūitus est cōsideratio angustiarū quę sunt in mūdo. Job.xvj.g. In me pacē/ī mūdo pressurā habebitis. Tert⁹ est cōsideratio piculi. Ecci.xliij.c. Qui nauigāt mare ⁊c. Quartus est cōsideratio cor qui perierūt in mundo. Ps. Veni in altitudinē maris ⁊c. Quitus est cōsideratio seruitutis: Seruus enim domino suo laborat: ⁊ domin⁹ emolimentū habet. Ecci.xx.b. Datum insipiētis non erit tibi vtile. Sextus/ingratitudo mūdi. Ecci. xliij.a. Si largitus fueris assumet te: ⁊ si non habueris derelinquet te. Et sequit: Et in nouissimo deridebit te. Septimus est cōsideratio obliuionis sui ⁊ dei. Deut.viij.c. Obserua ⁊ caue ne obliuiscaris dñi dei tui. Isti sunt septem circūitus/qui sono tubę fiūt: ⁊ hiericho.i.mundanā cōuersationē diruunt. Potest etiā per tubam et alia instrumenta intelligi laus regis christi: quia tuba canit regi: psalteriū/deo: cithara cū alijs instrumētis/sponso. Tuba enim terribilis/vel ī bello sumit/vel in aduentibus regum apparat. Et est sensus: f Laudate eum in sono tubę/vt regem: quia nos in bello diaboli vincere fecit. g Laudate eum in psalterio/vt deū: quia nos fecit summos: Psalteriū enim a summo reddit sonū. h Et cithara: vt sponsum: quia nos honorauit/et ab imis liberauit: Cithara enim ab imo sonat. i Laudate eum in tympano et choro.i.in carne mutata et ī concordia vocū et cordiū. Tympanū enim fit de corio in ligno extenso. Chorus ꝓ o est temperata vocū būanarū collectio. k Laudate eū ī chordis ⁊ organo. Chordas ponit p omī instrumēto musico/quod chordarū tensione sonat. Organū vero est quasi turris fistulis diuersis fabricata: flatu follium sonās. Et exponens quid sit laudare in chordis ⁊ organo/subdit: l Laudate eum in cymbalis bene sonantibus. Cymbala bene sonantia: labia nostra sūt: quę concordi cōcinna in laudibus dei bñ sonant. Vel ad litterā cymbala bñ tinniētia sunt ex permixtis metallis paruissimę phiale: q̄ acutū sonū reddunt et harmoniā faciunt. Et ne crederes cymbala ista esse sine aīa/addit: m Laudate eū ī cymbal' iubilatiōis.i.i labijs iubilū int⁹ ꝓceptū extra monstrātib⁹: q̄ iubil⁹ ē exultatio ī terior ab anima pficiscens/postea exter⁹ p signa expressa. Sūt hic multa instrumēta musica: nō q̄ habeāt locū in cęlesti patria: sed ponunt ad designandū multitudinē iocunditatis cęlestis: quia ſm Gregl balbutiendo prout possumus excelsa dei resonamus per sensibilia nobis nota. Et quia omnia spiritualiter vult intelligi: apto fine concludit/ n Omnis spiritus laudet dm̄: scilicz angelicus ⁊ humanus/non caro et sanguis: quę nō possidebunt regnū dei: sed quod est in natura rerū sublimius/ad laudē monet.s. spirit⁹: qui cęlestia sapit et ęterna capit. Breuis ⁊ pfecta scientia in hoc psalmo docetur.s.vt deū spūaliter omnia laudent. In his g̃ totius musicę pfectio est.s.flatus in tuba/ pulsus in cithara ⁊ cymbalis/vox in choro: quib⁹ musicis instrumētis significat spūalis harmonia: quę non auribus: sed pura mente aduertit. Et sic est finis diuinę laudis/cui⁹ nō est finis. Vel sic: Oīs spirit⁹ laudet dominū.i.totus ⁊ pfecte spiritus noster laudet dm̄: q̄ totū ⁊ pfectū idē sunt: ſm philosophū: Ita q̄ accipit hic signū toti⁹ vniuersalis p signo totius integralis: q̄ in hebręo pro vtroq̄ est vna sola dictio equiuoca ad vtrūq̄: sicut etiā Eccls vlt.d. dicit: Deū time ⁊ mādata eius obserua: Hoc est omis homo.i.hic ꝓsistit tota pfectio homis: q̄ in via/istę duę partes iusticię faciūt pfectū hominē in virtute.s.deū timere ⁊ mādata eius obseruare. Perfectio aūt ⁊ cōsummatio ęternę laudis in patria/est toto spū laudare deū. Totus g̃ vel oīs spūs laudet dm̄. Vide q̄ ꝓuenienti verbo liber psalmoꝝ claudat: A beatitudine incępit cithared⁹ noster in p̄ncipio libri: ⁊ ea q̄ ad beatitudinē pducāt diligētissime apposuit/dicēs: Beat⁹ vir q̄ nō abijt in cōsilio impioꝝ ⁊ in via pctōꝝ nō stetit ⁊c. Hic ī fine libri apponēs q̄d pficit ipsam beatitudinē in patria/dicit: Oīs spūs laudet dm̄: q̄ ibi totius exercit⁹ beatoꝝ officiū est laudare ⁊ bñdicere deū: sicut alibi intonuit/dicēs: Beati q̄ habitāt in domo tua dñe: in sęcula sęculoꝝ laudabūt te: Ad cui⁹ laudis ⁊ benedictiōis exercitiū ille nos pducat dominus iesus christus: qui cū patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat in sęcula sęculorum: Amen.

Ro.6.b.

Phil.2.b.

1.Cor.9.d.

Septē circūitus cōsiderationū: quibus corruit hiericho.i.amor mūdi ꝓsternit

Ps.68.

1.Cor.15.f.

Ps.1.

Ps.83.

Explicit psalteriū

Explicit postilla dñi Hugonis Cardinalis sup psalteriū.